

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. BN 12600 III, k. 77rb–78ra

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 55

[55] De alterius fuerit prolocutor in iudicio, sic dicitur etc.

Ubi vir verbum alterius loqui debet, ad quod sentenciis scabinorum vel iure compellitur in facto manifesto, dicat sic: “Domine iudex me dedistis illi homini prolocutorem, extunc requiro in sententia, si ab aliquo pro eo inimicicias aut timorem habere debeam, quod verbum suum pro iuris exienciam loquar, quantum melius^a possunt ac valeo”. Quando hoc diffinitum fuerit, tunc [k. 77va] sibi diffiniat correccionem, quod si ipsum in aliquo neglexerit, quod in se negligere mecum aut per me alterum advocatum. Cum sibi hoc diffinitum fuerit, petat colloquium, si vult, et requirat in sententia, quando querelam inchoare debeat, ut sibi in suo iure proficiat. Cum sibi hoc diffinitum fuerit, tunc in sententia interroget, si lesus interrogare debeat, quis in eo pacem infringerit, si ita fuerit debilis, quod suum malefactorem nominare non possit. Cum igitur hoc diffinitum fuerit et ipsum iudex aut duo scabini aut duo viri, qui iudicio astare solent, viderint, requirat in sententia, si ipsi causa iusticie dicere debeant circa iuramentum ipsorum et ius civitatis, quod notorium ipsis de hoc facto fuerit. Cum hoc ipsi diffinitur ad secundum et tertium, extunc requirat in sententia, si iam profecerit. Cum sibi hoc diffinitum fuerit et pacis violator [k. 77vb] citatus per clamorem fuerit, ut iuris est, tunc dicat sic: “Domine iudex, placeat audire verbum suum”. Tunc conqueritur vobis super hunc N., quod ipsum in strata libera infestavit ac intra municipalia in eo pacem infregit, et ipsum vulneravit et violenciam in eo peregit, quam probando ostendere potest, et ipsum depredavit corpore et rebus, et tantum recepit sibi, quod non minus valeat, nisi bene duellum mereatur. Et super eo a vobis petit iustum iudicium. Extunc pacis violator proclamatur primo, secundo et tertio, per nomen suum, N., et iterum suam querimoniam renovet in hunc modum: “Vobis conqueritur super virum N., quod ipse venit intra municipale in strata regia, et in eo pacem infringendo”, et ipsum rebus et corpore sanitatis depredavit ac ipsum vulneravit et in eo strepitum fecit, quam apparenter potest demonstrare, et pro eo petit iudicium, et sic tercia vice faciat. [k. 78ra] Tunc ostendat vulnus et interroget in sententia diffinitiva, si suum pacis violatorem in aliquo loco invenerit, si ipsum licite possit arestare ex iudici. Cum igitur hoc diffinitum fuerit, tunc petat pacem, que sibi indici debet etc.

^a w rkp. malius

[hasła: sędzia, pełnomocnik, wyrok, niepełnosprawny, ławnik, przysięga, prawo, skarga, zranienie, przestępstwo, droga królewska, rana, okazanie ran, pokój, posiedzenie]

[hasła: dziedzictwo, spadek, gerada, część obowiązkowa, okrasa, srebro, złoto]